

2.

QVAESTIONEM:  
**AN SYMPTOMATA  
PER CAUSSAS NON EXPLICATA  
POSSINT VERA ESSE PROGNOSTICA  
MORBORVM SIGNA?**

DEO OPTIMO MAXIMO AVSPICE

ET

SUFFRAGANTE GRATIOSO MEDICORVM ORDINE  
**P R A E S I D E**

VIRO ILLVSTRI, EXCELLENTISSIMO ET EXPERIENTISSIMO

**D. ANDREA ELIA BVCHNERO**

SACRI ROMANI IMPERII NOBILI,  
POTENTISSIMI PRUSSIAE REGIS A CONSILIIS INTIMIS,  
MEDICINA ET PHILOSOPHIAE NATVRALIS PROFESS. PVBL. ORDINARIO,  
FACVLTATIS MEDICAEE SENIORE ET H. T. DECANO SPECTATISSIMO,  
REGIORVM ALVMNORVM EPHORO,  
IMPERIALIS ACADEMIAE NATVRAE CVRIOSORVM PRAESIDE,  
ET REGIARVM SOCIETAT. SCIENTIAR. ANGLICAN. BEROLINENS.  
ET MONSPeliENS. SODALI,

**AD SVMMOS IN ARTE MEDICA HONORES  
CAPESSENDOS**

IN ALMA REGIA FRIDERICIANA

D. XIV. IVLII A. R. S. CLO IOCC LXIV.

H. L. Q. C.

PUBLICE VENTILANDAM PROPONIT

A V C T O R

**ERDMANN DANIEL KLVGE  
TREMONIENSIS.**

HALAE MAGDEB. LITTERIS IO. CHRISTIANI HENDEL.



COLVASTIONEM:  
AN SYMPTOMATA  
PER CAUSAS NON EXPLICATA  
POSTINT VERA HOC GENOSITIC  
MORBORUM SIGNIS

SEREGANTIA GRADUOS IN DICORVM CREDEND  
PRAEVIDE  
D. ANDREY ETIA BACHNERO  
SACRI ROMANI IMPERII NOBIS  
POTENTISSIMI PRASSAE REGI A CONSULE INTIMI  
MEDICINA TE SIMPLIORA NAM AVITA TOLLEZ  
EXALTAZ MELIORA QUAZ QUAZ TOLLEZ  
TIBI MEDICINA SIMPLIORA QUAZ QUAZ TOLLEZ  
AD SUMMOS TUMULIS HONORES  
IN ALIA MIGRATI A MIGRATIONE  
O. ZIA TAA TAA TAA TAA TAA TAA TAA TAA  
ERDIANI DANNI KIEG



VIRO MAGNIFICO  
SVMME VENERABILI, EXCELLENTISSIMO,  
DOCTISSIMO *VENERABILIS*  
DOMINO  
IOANNI DANIEL KLVGE  
SS. THEOLOGIAE DOCTORI,  
SERENISSIMO ANHALTINORVM PRINCIPI A CONSILII  
RES SYNFDRI SACRI ET ECCLESIARVM DIRIGENTIBVS,  
SACRORVM AVLICORVM ANTISTITI PRIMARIO,  
ECCLESIARVM ET SCHOLARVM  
SERVESTANARVM EPHORO,  
ET PASTORI AD D. BARTHOLOMAEI FACUNDISSIMO,  
THEOLOGO DE REPVBlica SANCTIORI  
MERITISSIMO ET VITAE INNOCENTISSIMAE,  
PRUDENTIAE SINGULARIS  
COPIOSISSIMAEQVE ERVDITIONIS LAVDE  
CVMVLATISSIMO,


PARENTI OMNI PIETATE  
ATQVE  
OBSEQVIO VENERANDO,



SI QVID  
VENERANDE PAREN'S,  
EX STVDIIS MEIS EMOLVMENTI IN AEGROS,  
INQVE REM PUBLICAM REDVNDAYERIT,  
ID OMNE TIBI  
VITAE FORTVNAEQVE MEAE AVCTORI  
DEBEO;  
TIBI IGITVR HOC SPECIMEN,  
PIETATIS ATQVE OBSEQVII TESTEM,  
SACRVM VOLVI,  
VENERANDE PAREN'S

OBSEQVIOSISSIMVS TVVS FILIVS,  
ERDMANN DANIEL KLVGE.





S. I.

*Instituti ratio.*

**S**i qua res est, quae Medico, artem facienti, maiorem certioremque conciliet famam, & ex qua magis elucescat ac perspici possit, recta an agat ratione, nec ne; omni dubitatione maior est ratiocinatio, ex signis variis diagnosticis, interdum quoque ex anamnesticis, de statu morbi futuro, eiusque vel in sanitatem, vel in obitum, aliumue morbum mutatione, hoc est, *praedictio in morbis*. Qui enim ita praedicere valet, ut experientia & exitus acta dictaque confirmant ac probent, opinionem facile iniicit mortalibus, illum mutationes, in corpore humano aegroto obuenientes, atque iuuantium nocentiumque rectum usum probe intelligere ac scire, & sic faciliter cum successu rem suam gesturum. Minime alienum id est a veritate iudicium, cui insuper accedit Medicorum facile principis, **HIPPOCRATIS**

inquam, effatum, ad cognoscendum qui suffecerit, ad sanandum  
eum quoque sufficere. Perspectu id ex ipsa rerum natura facile  
est. Praestruit enim corporis sani, quod est substantia ex sim-  
plicioribus composita, in qua diuersi perficiuntur motus, tonicus  
nempe, intestinus, sys- & diastalticus, cum aequilibrio sibi inui-  
cenc obnitentes; sensus nec excedentes, neque deficientes, &  
denique in qua solida & fluida definita cum mobilitate cohaerent;  
& aegroti, i. e. cuius sensus, aut solidorum & fluidorum defini-  
te mobilis cohaesio perturbata est; rationum & differentiarum es-  
sentialium; in morbis perpetui & immutabilis, & quidem ex cer-  
tis atque immotis principiis hausti atque deriuati; morbi esse-  
tuum, an salutares, aut perniciosi; cauſarum morbi ex ipſa  
rerum natura ortam notitiam; rerum sex non-naturalium atque  
medicinalium veri ac recti uſus, qui ex earum indole, viribus in-  
ſitis & relatione erga viuum humanum corpus enascitur, sci-  
entiam ſedulo acquifitam perepetuamque habere. Quocunque igi-  
tur in Medico omnia haec, & in vniuersum & ſpeciatim ſpectata,  
coniuncta deprehenduntur, de eo nullus fane rerum gnarus as-  
ſerere dubitat, talem eſſe ac fore, qui motus ſalutares neuti-  
quam impedit aut intercipiat, misereque aegros excruciet, ſed  
potius auxiliorum, quae dicuntur pharmaceutica, & quidem  
exquisitissimorum, opportuna ac tempestiu applicatione naturae  
vires & motus contra morbi vires a vi vitaे excitatas conſeruet,  
& vacillantes ac debiles ſapienter refarciat, id eſt, qui ad sanandum  
ſufficiat. In aegrotos nec minus ex tali tantaque eruditione in-  
ſignia redundant emolumenta. Conſidunt magis magisque me-  
denti, obediunt praeceptis medicis, & ſic citius ac tutius pri-  
ſtinum conſequuntur ſtatū, valetudinem nempe, quae ille di-  
citur ſtatū, vbi actiones corpori viuo humano conuenientes cum  
oblectamento, facilitate atque constantia peraguntur. Qua vero  
ratione praefagium in morbis famae eſt conditor, eadem nec mi-  
nus

◆ ◆ ◆

7

nus Lydius est lapis, an scientiis salutaribus imbutus tintusque sit artem exercens Medicus? Patet id ex iam dictis, quia culli-  
bet praesagiénti, & quidem vere ac certe, fontes praedictionum  
rite intelligere ac perficere incumbit. Alias enim loquitur, ast  
non vera praefagit, & experientia & exitus, nisi forte fortuna, neu-  
tiquam semper respondent. Sed omnino ardua haec res est, mul-  
tisque difficultatibus interclusum negotium, attamen praestantissi-  
mum, quod nobilitat, ceteris omnibus antecellit, iudicium inquam  
de exitu morbi. Serio haec, atque animo placido mecum laepe  
reputans, factum, ut, cum de Specimine quodam inaugurali cogi-  
tarem, talem eligerem elaborandam propositionem, quae ad Se-  
miologiam spectaret, & mihi curam aegrorum suscipienti, utili-  
tatem atque fructus afferre posset, nimirum, *quod symptomata  
per causas non explicata, minime esse possint vera signa prognostica.* Ingenium iudiciumque pro virili nostra atque imbecillitate virium, dira in primis morborum caterua, aduersaque fortu-  
na, per aliquot, praesertim praecedentes binos annos, labefacta-  
tarum, ita exercebimus, ut ea praemittamus atque illustremus,  
ex quibus, tanquam ex principiis, nexus legitimo veritatem ar-  
gumenti eruire atque comprobare licebit.

§. II.

*Symptomatis, & Symptomatis symptomatum notio suppeditatur.*

Effectus, ex causa morbosâ agente, in corpore humano  
vivo posita, deriuatus, *morbi* nomine venit. Id vero quod ef-  
ficitur, vel in defectu, vel excessu virium quarundam, non  
modo solidorum & fluidorum, verum etiam earum, quae in  
particulis, solida & fluida componentibus, latent, nimirum quae  
mouent, sensum faciunt, & calorem naturalem producunt &  
conferuant, persistit, ita tamen, ut effectus tali se manifeste im-  
petu atque vehementia, ut actiones ipsae vel vitales, ceu solidi-  
rum



rum & fluidorum, simul & cum aequilibrio sibi inuicem obnuntentes, vel naturales, ceu solidorum & fluidorum, ita vt actio fluidorum solidorum superet actionem, vel animales, ceu vbi actio solidorum maior actione fluidorum, inde laedantur. Quod idem est, quod celeberr. de GORTER \*), morbum describens, ita proponit: *Quoties in homine corporis & animaliae functiones omnes peragi nequeunt cum tanta constantia, vi- gore & sine molestia, ut in sano corpore fieri consuevit, morbus adest.* Actiones vero a praeternaturali illa constitutione laesae, morbi sunt effectus, quos *symptomatum* nomine insignire solent Medici. Alia si symptomata haec producunt symptomata, tunc *symptomata* dicuntur *symptomatum*; hoc est, morbi effectus est vel primarius, vel secundarius; ille symptoma, hic symptoma symptomatis appellatur. Celeberr. de GORTER scribit \*\*): *Quae immediate ex morbi caussa, aut mediate, quia haeret in corpore viuentे, producuntur, illa dicuntur morbi effectus.* Descriptio haec obscurum quid & nobis contrarium prae se ferre videtur. Quae enim ex ipsa caussa producuntur, morbus est, & quae a morbo profiscuntur, morbi effectus, siue symptomata sunt. Potest tamen illa definitio ex principiis philosophicis defendi, secundum quae, caussa causae quoque caussa est causati. Sensibus itaque perceptus, ex defectu vel excessu motus tonici, vel intestini, vel sys- & diastaltici enatus effectus primarius, est symptoma; secundarius autem symptoma symptomatis. Sic depravata, in litterarum studiis acriter deditis, digestio, est symptoma morbi seu debilitatis neruorum, & inde orta humorum corruptio, symptoma symptomatis. Redundans in iectero ad sanguinem bilis, est symptoma morbi, qui est obstructio hepatis, vel ab infarctu, vel a spasmo orta, cutis vero inde productus

\*) vid. Med. Compend. Part. II. in limite.

\*\*) vid. Prax. Med. Tom. I. p. 6. n. IX.

\* \* \*

ductus color flavius, flatus & borborygmi, symptomata sunt symptomatum.

§. III.

*Symptoma morbosum & criticum definiuntur.*

Quemadmodum vero corpus humanum, praestantissimum omnipotentiae atque sapientiae diuinae artificium, ita instructum est, ut sibi infensum auersetur, & contra sui destructionem molliatur; hinc series effectuum a prioribus toto coelo diuersa in censem venit. Collectio enim virium actiuarum & vitalium varia, & definita earum qualitas, quantitas & dimensio, quam *naturam* appellant, perpetuo agit in infensum & destruens, siue in vim morbi, ita, ut excitet motus, istam mutandi, separandi & expellendi. Tales a vi vitae contra vim morbi excitati & producti effectus, *symptomata critica* nuncupantur, aut, si mauis, *coctionem*, i. e. mobilitatem materiae peccantis & separationem boni a malo, & crism, i. e. excretionem materiae coctae, & solutionem morbi adiuuantia, & facientia. Dantur itaque *symptomata vel morbosia, vel critica*. Illa, vi vitae aduersaria, *perniciofa*, haec, vi morbi opposita, *salutaria* audiunt. Ponamus, humorum immobilitate a viscidio morbo laborantem febre affici; febris erit *symptoma criticum*. Lensor enim viscidus requirit motus, quorum ope resolui ac mobilis reddi queat, motum nempe progressiuum & intestinum auetum. Id efficit excessus mobilium, qui febris essentiam constituit. Porro sistamus nobis hominem, qui, maiorem postquam aliquam dosin anodynii illius notissimi, Opii, ingesserit, somno correptus humi prostratus iacet, cuius omnis corporis superficies temporis aliquod post interuallum transpiratione largiore madesceret, qui lotium inscius mitteret; erunt sudor & lotium effectus salutares. Anodynorum namque virtus in eo consistit, quod inspissent maxime agiles & mobiles sanguis.

B

nis





nis & humorum partes, simulque resolvant, & in primis nervorum actionem infringant ac obtundant. Excretionis autem per cutem primaria causa est motus intestinus, a maxime agilibus sanguinis partibus dependens. Excretionem locii nervi potissimum, ut viscera vropoea satis superque monstrant, perficiunt. Sequitur itaque, excretiones recensitas, vi Opii morboe contrarias, ostendere actiones & motus. Critica hinc sicut sint symptomata, & somnus ac stupor, quia a virtute Opii narcotica laeden-te proueniunt, symptomata perniciose, i. e. morbosa.

#### §. IV.

##### *Causa quid sit, explicatur.*

At enim vero sine causa quadam agente nullus effectus nec cogitari, neque esse potest. Incubit igitur nostrae diligentiae, symptomatum, pro instituti ratione, breuiter suppeditata atque exemplis illustrata notione, ad *causarum* contemplationem transgredi, & quidem a primis ordiri, i. e. a virtutibus. *Virtus* est potentia nitendi, siue cum substantia quadam connexa possibilis alius entis, qua substantiae quid inhaeret, per quod ens existit, aut existere potest. Hinc virtus est vel potentialis, quae possibilitatem dat, vel actualis, quae actu praefstat, quod per illum fieri potest, ita tamen, ut nec una vel altera id efficiat, sed combinatae. Potentiales vero, et si continentur, tamen neutram actu agere valent, nisi accedat quid, quod vitam largiat, i. e. actualis virtus. Combinatae variae varia ratione virtutes primam causae notionem suppeditant. In omni enim ente reali physico, quatenus sensibus obuium, quamvis subtiliter diuisum sit, compositum quid obseruare licet. Compositum vero oritur, quando diuerfarum miscelarum vires in se inuicem nuntiuntur, sese ingrediuntur & connectunt, ita quidem, ut alterius miscelae haereant in alterius intersticiis. Ex his sequitur: vbi va-

riæ

riae miscelae connectuntur, ibi varii nisus, & vbi varii nisus, ibi variae nitendi potentiae sint necesse esse, & inde sine combinatio-  
ne plurium virtutum actualium caussam mente concipi neuti-  
quam posse, sive virtutes primam caussae praebere originem.  
Caussa vero in vniuersum dicitur omne id, quod alicui  
enti per se dat existentiam vel possibiliteram. Nam omne ens  
quod existit, & antea non erat, a vi quadam agente originem  
ducit \*). Vis agens caussa est existentiae huius entis, ita qui-  
dem, ut ens neque pars, neque inhaerens quid, vel determina-  
tio sit a vi agente, aut simultaneum cum vi agente, sed tantum  
dependeat a vi agente existentia entis. Omne enim quod aliud  
producit, pars eius esse minime potest. Productum est ens, &  
producens caussa agens. Ergo &c. Inhaerens dicitur vbiique  
perpetuum & essentiale quid. Id vero quod producitur, qua-  
tale, ab alia caussa existentiam ducere potuisse, quia vnius esse-  
tus plures dantur & esse possunt caussae. Effectus, qua effectus,  
quoque neutiquam inuoluit inhaesione, quia & adesse potest  
caussa agens & tamen effectus deesse, ob impedimenta actioni  
structa. Porro caussa perit, effectus durat. Inhaerens autem,  
ut essentiale, desinit esse, quando id, cuius essentiale erat, desi-  
deratur. Ergo &c. Determinationem caussae agentis, effectum  
dicere quoque non possumus. Nam determinatio est entis pos-  
sibilis existendi modus, disiunctio ei necessarius. Caussa vero  
potest adesse, & tamen effectus deesse. Tandem neque simul-  
taneum esse potest, quia est id, quod a caussa producitur. Vt  
vero duplex erat virtus, ita & caussa vel potentialis est, vel acti-  
ua. Potentialis dicitur, quae aliquid ex parte producit, aut po-  
tius, quae non nisi accedente alia, quae actiuitatem illi largitur,  
effectum creare valet. Actiua vero, quae per se enti dat esse,

B 2

ex

\*) Vid. Summe reuerend. D. C. A. CRVSI, Praeceptoris reuerenter co-  
lendi, Metaphys. §. 35. seq.



ex qua intelligi queat, quod quid, & quale sit, atque necessaria existentia sufficienter demonstrari. Sic motus illius laticis purpurei, sanguinis inquam, circulatorius, est effectus, qui a causa agente, in sanguine, corde & vasorum systemate delitescere, producitur, nempe a viribus solidorum & fluidorum actiuis, per tertium, ex duobus simul natum, connexis & cum aequilibrio sibi obnientibus. Ratio enim huius motus, in circumflexum abeuntis, istis causis sufficienter reddi, & modus atque existentia ostendi potest \*). Quas vero causas ex miscelis recensere nimis prolixum foret. Quare ad magis definitas causarum notiones, nimirum morbosarum in vniuersum illustrandas progrediamur.

### S. V.

#### *Causae morbosae notio exhibetur.*

Immutabile & perpetuum causae morbosae, in corpore humano viuo, in virium quarundam defectu perficit. Quando enim materia quaedam procreanda est, quae motibus & nisibus sanis, i. e. temperatis, aequabilibus & satis validis, infensa est; tunc quaedam vires, quae tales nitis & motus, nempe sanos, perficiunt, deficiant necesse est. Verum hoc esse exinde apparet, quia alias id, quod in talem nocuam materiam mutatur, certo mutationem vitae sanae contiuenientem subiret. Viribus validis immobile semper ac alienum separatur & apta per collatoria eliminatur, antequam peccantem materiam constituere vallet. Hinc sequitur, materiam peccantem nullam oriri posse, nisi huic oppositae vires labefactatae. *Quod oculis usurpare possumus in robustis ac firma valetudine conspicuus.* Tales enim inge-

\*) Vid. Cel. RIDIGERI, Praeceptoris reuerenter pieque colendi, Program. de magno & necessario Chemiae vniuersalis in Physiologia vnu. Lips. MDCCCLXII.

ingerunt multa, & patiuntur multa, absque noxa quadam, quibus e contrario debiliores, h. e. virium quarundam imbecillitate atque penuria iam laborantes, laeduntur, & caussae morborum generantur. Cardo in eo vertitur, quod in robustis tanta sit virium collectio, & quidem insigni copia ad minimas moleculas materiae, quae haud facile separari ac destrui potest, facta: quae inde valet nocuum mutare atque expellere. Vbi enim semen non potest radicare, crescere non potest. Defectus itaque virium quarundam primum est & perpetuum caussae morbosae. Quod exemplo clarius fiet. Siccitas faicum est effectus materiae peccantis, nimirum muriatice salsa & spirituosa acrimoniae in lymphaticis humoribus praesentis. Causa prima est labes nervorum, in primis cerebralium. Nam vires nervorum, pro ratione diuersa, diuersas acrimonias mutant, dum cogunt, & accidentes quoque expellunt. Id quod ex doctrina physiologica, de nervorum & eorum fluidi vera indole, ac simul ex principiis chemicis, de natura ac origine acrimoniarum, appetit, luculenterque monstrari potest. Quocunque vero in corpore acrimoniae oriuntur & crescunt, in illo vires nervorum vt defint, necesse est. Sed & illud dicitur caussa morbosae, quod tales defectum inducit, vel ex eadem originem dicit, quod est materia peccans. In perscrutandis diuidicandisque ergo cauulis morborum ad duo momenta semper respiciendum, nimirum ad defectum virium & materiam peccantem, i. e. ad caussam proximam negatiuam & positivam.

### §. VI.

#### *Caussa est vel simplex, vel composita.*

Natura atque indole caussae morbosae breviter & pro virium modulo explicata, diuisiones eius in vniuersum pertractandae iam sunt, ita tamen, vt primarias tantum attingamus.



Diuiditur vero cauſa morboſa in ſimplicem & compositam.  
 Simplex dicitur, quae materiam ſolidorum & fluidorum pri-  
 mam, vel, vt ita dicere liceat, chaotica, ſive STAHLII viſci-  
 dum pingue, aut, ſi maius, primas mixtiones minus compoſi-  
 tas afficere valet, ideoque magis ſubtilis, penetrabilis a materia  
 copioſa separata, magisque libera vel actiua eſt cauſa. Com-  
 poſita vero, quae ex pluribus mixtionibus conflatā eſt, & hinc  
 compoſitas corporis partes, i. e. fibram, humores, cetera laedit.  
 Quod enim in materiam ſic dictam niti & agere debet, huic fi-  
 mile, i. e. materia ſit, neceſſe eſt (per princip. chem.). Ratio  
 alias redi non poſſet, quare corpora haec nitantur in alia, &  
 alia minime, & quare hiſ cohaereant, alia respuant. Obiici qui-  
 dem varia poſſunt, quae tamen propositionis veritatem magis  
 confirmant, quam deſtruunt. Dicunt enim, imaginatio vomi-  
 tum ciere, aluumque leuare valet. At enim vero nulla poſteſt  
 eſſe repræſentatio, ſi ens ſpontaneum ei repræſentatae conſci-  
 um ſit, niſi materia quaedam in originibus neruorum nitatur  
 agatque. Nil poſteſt appetere, nil mens auersari, ſine mutatio-  
 ne in niſu ſanguinis, ſubtantiam corticalem cerebri tranſeuntis,  
 & quidem ob arctiſſimum machinae viuae cum ente ſpontaneo  
 commercium, quod *influxus physici* nomine Philosophi inſigni-  
 unt. Niſum huius ſanguinis, nempe ſubtantiae corticalis cere-  
 bri & originum neruorum, mutat naufeosi repræſentatio. Id  
 ſine preſſione ac communicatione niſum, & hinc ſine motu eſ-  
 fe neutiquam poſteſt. Motus ubique eſt aequalis niſui atque re-  
 praefationi. Quando itaque naufeosi cuiuſdam, v. c. pulue-  
 ris rhabarari, repræſentatio, & cum hac coniunctus niſus ac  
 motus ſanguinis ſubtantiae corticalis & originum neruorum,  
 communicatur pari vago, quod eſt neruorum cerebralium octa-  
 tum par, ex corporibus cerebelli oliuaribus originem di-ſens,  
 & quod mox poſt egressum ex crano per foramen ſic dictum  
 iugum

iugulare cum neruo spinali & intercostali neicitur, in suo tractu, per collum ac thoracem, linguae, laryngi, pulmonibus, cordi, pericardio, pharyngi, diaphragmati, cert. ramos ac plexus largitur, & in primis stomachicos neroos, nempe sinistrum, dextrum, & plexum coronario-stomachicum, ac reliquorum infimi ventris viscerum plexus format; huic inquam pari quando communicatur talis nifus ac motus, aequalis euadit, nimurum contrahuntur fibrae ventriculi circulares, quae actione sua ingesta sursum expellunt, i.e. vomitus oritur, tandemque fibrae longitudinales, quae excretiones deorsum faciunt, & inde alius levatur. Porro caufsa est vel interna, vel externa. Illa dicitur, quae cum viribus corporis cohaeret, ira ut nifibus vel motibus corporis infit, vel ipsa sit corporis virtus ac materia, quae sensus & motus temperatos, & cohaesionem cum definita mobilitate sic murat, ut insufficienter perficiantur, aut re ipsa intercipiantur. Externa vero, quae ad corporis essentiam minime pertinet, quae actu effectum non producit, cum corpore quidem cohaeret, at non cum viribus, & quae morbum possibilem reddit. Sic coelum aestuans & humidum, obesis infenatum, caufsam sifit externam. Quatenus enim dilatatis iam respirationis organis applicatur, transitum sanguinis magis magisque per pulmones impedit. Oritur inde anxia respiratio. Defectus circulationis sanguinis per encephalum, qui pressionem originum neroorum & inde abolitionem sensus ac motus, seu apoplexiā inducere valet, caufsa est interna.

### S. VII.

*Caufsa morbosā est vel praedispōnens, vel occasiōnalis,  
vel proxima, vel sufficiens.*

Regredimur iam ad essentiam caufcae morbosae & inde alia caufarum genera deducimus. Defectus virium quarundam,

qui

qui tamen non sufficit ad effectum sensibus obuium producendum, *dispositionis morbosae*, seu *causae prædisponens* nomine insignitur. Possibilitatem haec largitur, nec vero, nisi accedente quae illam augere valet, morbi existentiam. Ipse defectus latet vel in solidis, vel fluidis, vel particulis solida & fluida componentibus, & omnibus, ut ita dicam, hominibus est proprius, varia tamen ratione, proportione, ac dimensione deprehenditur. Temperamenta diuersa atque idiosynrasiae inde definiuntur. Est itaque causa prædisponens, in corpore haerens, plerumque latens causa, sola non inferens morbum, sine qua tamen alia accedens causa morbum producere haud valet, siue, quae morbos facile possibiles reddit. Accedens causa, quae dispositionem morbosam auget, *occasionalis* appellatur. Originem dicit a rebus sex non-naturalibus, nempe, aere, cibo & potu, motu & quiete, somno & vigiliis, excretis & retentis, atque animi pathematis, & externe applicatur corpori. Praedisponens denique causa, ab occasionalibus viribus suis causaribus aucta, *proximæ causæ* notionem sinit, quae essentiam morbi creat, attamen effectum evidentem non producit, nisi accidente remota. Hinc causa proxima, iuncta cum remota, sufficientem morbi præbet causam, quae effectum evidenter sensibus obuium reddit. Quapropter concursus causarum in omni morbo necessarius est. Certa enim requiritur magnitudo, certaque quantitas, ad effectum in sensus cadentem, id quod sine concurso plurium causarum fieri posse, nemo est qui credat. Concurrentibus pluribus causis, nimurum prædisponente & occasionalibus, insignis virium inducitur defectus, vel excessus nitentium in actione sua. Actiones inde oriuntur laesae, siue morbus generatur. Id itaque, quod immediate producit, est causa proxima siue sufficiens. Dicunt quidem nonnulli: causa proxima est idem illud ens cum morbo.

bo. Veritati hoc minime est consentaneum. Morbus enim est effectus ex causa proxima immediate primus. Caussam vero & effectum unum idemque nuncupare, iniquoluit contradictionem. Sit stasis humorum in pulmonibus in homine cholericō morbus. Hic, pulmonibus vehementer commotis, subitaneum patitur refrigerium. Resistunt valide pulmone, ob essentiam huius temperamenti in actione ac reactione solidorum ac fluidorum forti positam. Refrigerium auget actionem atque reactionem. Hinc dissipatio liquidissimarum & maxime agilium humorum partium evenit, & inde stasis est necessaria. Temperies cholERICA est praedispōnens caussa, vires huius augens; occasionalis, est refrigerium subitaneum, pulmonibus applicatum. Ex tali caussarum combinatione nata partium liquidissimarum & maxime agilium, quae insunt humoribus & illis fluidam indolem atque mobilitatem largiuntur, dissipatio, caussam fistit proximam.

### §. VIII.

#### *Causa explicata quid sit, ostenditur.*

Quemadmodum vero cognitio caussarum sine earum explicatione insufficiens est ad certum exinde formandum iudicium; quid *causa explicata* sit, breviter iam commonistrabimus. Ardua omnino haec res est, & nisi sensuum internorum longum protracta in tempore actione acquirenda. Quam ob rem, pro virium nostrarum modulo, praegustum huius rei tantum suppeditabimus. Caussas explicare nil aliud est, quam miscelas, quae defectum virium & modum, quo inducunt, atque miscelas, in quibus virium latet defectus, recte definire. Praestruit hoc, nosse generationem mixtorum, eorum in diuersis diuersam proportionem, nisus ac dimensionem virium. Acquiritur vero talis cognitio, solutione corporum, combinatione co-

C

rum,



rum, & applicatione corporum ad corpora sedulo diligenterque instituta. Satis superque id doctrina de corporis humani natura, quatenus sani, sive Physiologia, quae sine chemico-physica cognitione insufficiens ac imperfecta manet, comprobat \*). Exemplo res clarior fiet. Ponamus, materiam peccantem consistere in acida acrimonia primarum viarum. Acidum muratur a mixtione, quae dispositionem ad putredinem, & ipsam illam efficit. Hinc caussa acidi peccantis est deficiens dispositio ad putredinem. Dispositionis vero ad putredinem caussa est alcali volatile oleosum, secundum principia & experimenta chemica. Hae miscelae latent in liquore gastrico, qui in minimis ventriculi arteriis ex liquidissimis crux partibus secernitur, & per fluidum nervi intercostalis & paris vagi elaboratur; & in bile, quae est humor acris alcalefscens, volatilis, oleosus, terrestris, lymphadstitutus, ex sanguine, per venam portarum reduce, separatus & praeparatus. His miscelis in corpore animali viuo acidum muratur in acidum animale, quod facile putreficit, & cui inde alcali oleosum essentiale est. Acre in assumitis a visco ventriculi & intestinorum temperatam nanciscitur indolem. Hinc, vi oppositorum, secretio viscosi impedita fomes est ortae in primis viis acrimoniae. Acre, larga copia cum acido iunctum, acrimoniam constituit acidam. Caussa itaque explicata acidae acrimoniae, est defectus alcali volatilis oleosi, liquoris gastrici & bilis, atque viscosi.

### §. IX.

\*) Vid. Celeb. RIDIGERI, Praeceptoris reuerenter pieque colendi, Program. de magno & necessario Chemiae uniuersalis in Physiologia usi. Lips. MDCLXII.

## §. IX.

*Symptoma per caussas explicatum, quid sit, illustratur.*

Quod verum est de ratione caussas explicandi, idem valet de explicatione symptomatum per caussas. Symptomata nimur per caussas explicare, est monstrare mixtiones, quibus latent agentes virtutes, modum agendi, & ex illis symptomatum reddere rationem. Differt quidem hoc a priori, ut primus effectus a remoto. Ibi enim ab effectu primo, hic vero a magis remoto ad causam concluditur. Symptomata namque sunt effectus remotores caussae. Disquisitio haec ad caussarum dicit inuentionem, & inde maxime necessaria est. Prior admodum est facilis, sed fere nunquam in artis medicae, ad debellandum humani corporis dirum morborum agmen, exercitio occurrit. Aegroti enim, quae sentiunt fabulantur, phaenomena & effectus morborum narrant, ex quibus Medicus essentiam morbi probabilem, & ex hac denique caussam deriuat. Inuenta morbi caussa ac essentia, inuersa ratione, nempe a caussa ad effectum, concludit, quae caussa tandem vera est, certa & adaequata, si omnes morbi effectus ex ipsa intelligi, deduci, & modus agendi ostendi potest. Eodem modo agit Medicus in explicando per caussas symptomata, ita tamen, ut ex inuenta caussa ratiocinetur, miscelas earumque naturam ac indolem indicet ac probet. Exemplo id monstrabimus. Dysenteria laborans narrat sequentia: Tormina, excretiones aluinias creberrimas, cum dolore scidente, post excretionem fecum aucto, ita ut ipsa intercipiatur excretio, i. e. cum tenesmo fiat; feces esse cum striis cruentis mixtas, cum aliquali sanguinis profluvio. Haec omnia ex caussa proficiscuntur proxima, quam nunc disquendi animus est. Primum, quod inde in censem venit, est

C 2

caussa



causa praedispone[n]s, quae plerumque atra est bilis, quae  
 potissimum in acrimonia acida rodente sulphurea, vna cum  
 tenacitate humorum, persistit. Huic accedunt cauſæ occa-  
 ſionales, nimirum insignis ingeritur copia alimentorum cru-  
 dorū, e.c. poma cruda, cereuſiae recentiores non rite fer-  
 mentatae, quae materiam peccantem mirum in modum au-  
 gent. Porro transpiratio ab aere nocturno frigido humidu[m]  
 ſupprimitur. Hinc talis enascitur virium concurſus, qui cauſ-  
 ſam ſiftit proximam. Acrimonia enim composita per vires  
 iam iam labentes eliminari non potest. Incrēſcit ideo haec  
 materia per alimēta atque aērem; retinetur in corpore, &  
 per metaschematismum, vbi materia minus cocta ad colato-  
 ria materiae peccanti ſimilia pellitur, ad intestina defertur.  
 Effentia igitur morbi conſiftit in impedita excretionē materiae  
 perspirabilis, & quidem indolis singularis, & in digestione  
 a crudis alimentis laſa. Cauſa proxima est defectus viri-  
 um, quae efficiunt nempe, vt crudæ atque fermentantes  
 materiae ſubeant coctionem, & acre perspirabile per cutis  
 ſubtiliſſima vasa, quae exhalantia dicuntur, insensib[il]e ratio-  
 ne eliminetur. Id vero, quod talem inducit virium defe-  
 ctum, oppoſitum fit necesse est. Quapropter materia pec-  
 cans rete dicitur acre rodens volatile, ſimulque cogens sul-  
 phureae indolis, quod ex phaenomenis iam narratis eluces-  
 cet. Materia enim, quae dolores creat, acris fit necesse est;  
 quae vasa erodit, rodens; quae ad cutem defertur, volatiliſ;  
 quae ad intestina per metaschin mouetur & deorsum excre-  
 nitur, cogens; quae in ſanguinem & bilem agit, sulphurea;  
 quae excretiones ſimul deorsum impedit, expandens & con-  
 ſtrigens. Verum ergo est, talem adesse materiam peccan-  
 tem. Virtus autem quae ſimul expandit & cogit, & rodit,  
 in ſale marino volatile redditio deliteſcit. Naturæ enim est mi-  
 neralis.



neralis, hinc cogendi vi praeditum. Volatilem indolem aucto ab igne, qui caussa est omnis volatilis & acris, dicit. Quod vero ad originem huius materiae peccantis attinet, creari nequit, nisi maxime agiles ac liquidissimae sanguinis, fluidi nerorum, atque lymphae partes dissipentur, quia haec omnes excretiones expedient & acre expellunt. A naturae enim sapientissimo auctore haec lex in humano corpore sano sancta est, ut blandum perpetuo coercent acre, acre blandum, & inde acquilibrium virium enascatur. Blandum oritur a viscoso, & acre ab igne. Indolem blandam souent nerui & lymphae, bilis acrem, & coniunctam vitae thesaurus, sanguis alit. Fusus haec tractare paginarum angustia non permittit. Progredimur itaque ad *signorum contemplationem.*

### §. X.

#### *Signum morborum definitur.*

*Signum ex collectione plurium phaenomenorum, sensibus obuiorum, modo per caussas intellectorum, quae rei naturam monstrant, enascitur. Vnum vel alterum phaenomenon signum neutiquam fuit. Nam vnius effectus plures dantur, i.e. esse possunt, caussae, & mediante signo certi quid de natura ac indole rei, de qua sumitur signum, est eruendum. Obvia ut sensibus sint phaenomena, rei ratio postulat, quia alias mens ratiocinari minime valer, & de absconditis nil certi cogitandum, sed coecus per caliginem palpat. Certi quid deducendum est; nam de signis morborum agitur, & probabilis conclusio nullius est momenti, nullamque fert utilitatem ac usum. Id quod scopus signorum luculentius monstrat, qui nempe in eo consistit, ut distincte & certe perspicere valeamus existentiam, naturam ac indolem rei,*





quae phaenomena, signum exhibentia, praebet. Hinc phaenomena per caussas sunt intelligenda, quoniam modum existentiae ostendunt. Sic colligi Medicus phaenomena, quae nil aliud, quam symptomata sunt; disquirit, iudicat, & ex his signum rite format, eo sine, vt inde essentia morbi, & proxima caussa appareat, quae tandem, qua ratione, quibus auxiliis, an diaeteticis, an pharmaceuticis, an chirurgicis? deficientes restaurandae sint vires, atque imminuendae excedentes, indicant. Quapropter probabile signum locum minime habet. Quotidiana experientia satis superque assentitur. Sit hoc: quidam exspuit sanguinem floridum spumeoscentem. Videtur vitium in pulmonum laesione esse quaerendum. Probabilis est conclusio. Sed inuestigandae sunt caussae occasioales & praedisponentes. Aeger corpus vehementer mouendo sanguinem ad orgasmum concitauit: non multo post vinum larga in copia ingerit: cantando, pro vitae ratione, saepius commotet pulmones ac intendit: Venerem exercet immodice, in iracundiam procliuis est. Omnia haec simul sumta signum constituant certum, quod a pulmonum laxitate & sanguinis motu fermentescente, qui *diathesis phlogistica* audit, pulmonum laesio & sanguinis eruptio nata sit. Efferuefacere euolutionem ignis producit, qui expandit, rerefacit, celeritatem motus largitur, & solidorum imminuit nimis. Inprimis ammoniacale oleosum increscit, quod gluten fibrarum, materiam fibrarum conformandam, resoluti, quae resolutio tandem caussa est laxitatis. Vina ignescens principium larga copia inducunt. Iracundia acrimoniam, biliosam in primis, nempe ammoniacale oleosum, caussam putredinis, insigniter euoluit. Cantatio pulmonum fibras expandit & contractionem infringit. Hinc solidorum laxitas & in primis pulmonum. Venus immodica solidorum destruit robur. Nihil

hil enim magis infensum est nervis, quam semenis nimia excretio. Semen enim ex sanguine & lymphae in minimis atque tenerrimis vasis separatur, qua ratione itidem fluidi nervi secretio perficitur, nimirum ex sale vitali sulphureo sanguinis, & sale vitali mercuriali lymphae in compositum redactis, fluidum neruorum cerebralium & motoriorum enactur, ipsaque semenis mixtio. In nervis vero omnis solidorum delitescit virtus ac robur. Laesis igitur nervis solida quoque laedantur necesse est. Praeterea nervi sanguinis motum intestinum atque humorum coercent, & indoli sanae convenientem reddunt. Destructo itaque neruorum robore, excessus motus intestini necessario sequitur. Excedente motu sanguinis intestino caussa diathesis phlogisticae, quae ignis est, perniciissimo ac rapidissimo in motu constitutus, magis magisque generatur ac increscit. Sanguis his ex caussis vehementer commotus atque ebulliens, nititur & abit in locum minus resistenter, nempe in pulmones relaxatos. Cedunt hi sanguini copiosius irruenti, & quia valide resistere nequeunt, & sanguinis regresum expedire, rumpunt denique vas, & sanguis spumescens floridus prorumpit, & per os eiuscitur.

### §. XI.

*Signa sunt vel anamnestica, vel diagnostica.*

Signa morbi naturam varia ratione ostendunt. Morbum proxima fistit caussa, ex plurium caussarum concursu enata. Ex caussis variis essentia & morbi natura definitur ac intelligitur. Signa igitur esse diversa iam patet. Alia enim caussas morborum praedisponentes, ipsamque caussam proximam ostendunt, alia externas, sive occasioales. Haec appellantur *anamnestica*; illa *diagnostica signa*. Vtrumque cognitu



gnu est necessarium. Quemadmodum enim sine caussis occa-  
 sionalibus, praedisponentes nunquam tanta possunt capere  
 incrementa, ut exinde caussa proxima, ipseque oriatur mor-  
 bus; eadem ratione signa diagnostica sine anamnesticis esse  
 neutiquam possunt ac perspicci. Diagnostica essentiam morbi  
 varia ratione demonstrant. Vnde eorum iam iam appetet  
 necessaria cognitio. Constituit vero anamnesticum signum,  
 series phaenomenorum, sensibus obuiorum, modo per causas  
 intellectorum, quae caussas occasioales, & series mutatio-  
 num, quae praedisponentes caussas; ast, quae proximam cau-  
 sam, ipsamque morbi essentiam indicant, signum diagnosticum.  
 Differunt haec inter se ita, ut illa statum praegressum, haec  
 praesentem comprehendant. Id, ex quo res ducitur, est  
 caussarum notitia. Nisi enim perspicias vires caussarum oc-  
 casionalium agentes, doctrinam de temperamentis atque praedisponentibus caussis caussalem, insuperque idiosyncrasias,  
 quae ex congestionibus versus quaedam viscera ac organa  
 elucent, dignoscas, certissime cuncta te fallent, & ex  
 omnibus, quae vides aut audis, phaenomenis, verum nun-  
 quam formare valebis signum. Quid iuuabit scire, non  
 nullos e.c. coelo aestuante lassitudinem, respirationem anxiam  
 ac appetitum prostratum pati? a potu calido, aromatibus,  
 vinis itemque adustis, sentire molestias haud exiguae? hy-  
 me vero & coelo frigido valetudine perfrui? Scire tuum ni-  
 hil erit, nisi scias agendi modum, & dispositionem subiecto-  
 rum, modo per caussas. Scientiam enim in aegrorum salu-  
 tem conuertere, recta cum ratione fieri non poterit. Coe-  
 lum aestuans igne abundat nobiliori, quem aetherem vocant,  
 qui distendit, rarefacit, & caussae caloris excretionem pro-  
 mouet, imo facit. Potus calidus, aromata atque vina idem  
 praefstant, siveque solidorum infringunt robur, seu laxitatem  
 indu-

inducunt. Frigidum contra coelum viribus abundat nisum a peripheria ad centrum facientibus, seu cogentibus. Frigus enim oritur, quando fluidum densum in forma densa protruditur. Hinc solidorum contractionem impedit, renisum & atritus atiger, & excretiones subtilium magis impedit. Haec seriem mutationum sifunt, quae caussas occasioales ostendunt. Quaecunque itaque corpora his laeduntur caussis, relaxata, penuria acris vitalis principii laborantia, aut rigida, sicca, atque igne euoluto, ut ita dicere liceat, scatentia sint necesse est. Ratio ex iam dictis patet, nempe sine dispositione in corpore praesente, caussae externae in sensu incidentes effectus creare nequeunt. Prior dispositio phlegmaticis, altera cholericis propria est. En igitur seriem mutationum, caussas prae-disponentes sistentem? Quibus cognitis atque rite perspectis, facili negotio defectus virium quarundam, caussam constituens proximam, & ipsa morbi essentia erui potest. In casu priori nempe morbus est laxitas, & defectus virium, quae acris principii vitalis, quod in sanguine & bile potissimum delitescit, secretionem faciunt, caussam definit proximam negatiuam & positiuam, seu materiam peccantem abundantia virtutis glandularum folliculosarum, i. e. deficit bilis acrior, & mucosum seu viscidum pellucidum abundat, quod per se inducit laxitatem, implens solidorum interstitia, & facile cum principio inflammabili in pinguedinem abit, & sic eo magis relaxat; omne denique inuoluit acre, eius infringit actionem, & sic efficit, quo minus viscidum resoluti & humidum superfuum exsiccati, eliminari atque expelli possit. In cholericis inuersa est ratio. Nam in rigore & siccitate morbus, & in defectu vitalis blandi principii sanguinis atque humorum caussa proxima negativa persistit, & in acrioris abundantia positua seu materia peccans, i. e. viscidum mucosum minus secernitur, & bilis acrior cum

D

viscido



viscido opaco, seu glutinoso, copia excedit. En ergo signum diagnosticum!

### §. XII.

#### *Signi prognostici notio suppeditatur.*

Ambo haec recensita signa, relata inter se ac combinata, adiecto cum symptomatum criticorum & perniciosorum discrimine, aliud constituant signum, quod *signi prognostici* nomine venit, & quod nihil aliud est, quam id, quod morbi ostendit euentum, an in mortem, an sanitatem, an alium in morbum terminetur. Iudicium ex ipsis rite formatum nuncupatur *prognosis*. Dum enim Medicus rationalis anamnestica & diagnostica signa, nec non symptomata critica atque morbosa, inter se confert, ac aequo perpendit animo, iudicat, an ex toto, an ex parte, an minime aeger sit superaturus morbum, i. e. iudicium fert, de virium vitalium erga vim morbi relatione, an priores sufficient reportare victoriam, nec ne? Rei itaque decisionem facit virium vitalium magnitudo. Verum si hoc est, sequitur, ut eas dignoscat atque intelligat Medicus praesagiens. Quanta vero existat vitae vis, symptomata critica docent, & quanta morbi vis, diagnosis vera. At enim vero haec omnia, et si recte, acriter, imo optime sint assecuta, minus sufficient ad certum exinde formandum de morbi euentu iudicium, nisi & aegri diaeta & medendi ratio sint perspecta. Vires enim rerum medicinalium, apta earum applicatio & vitae ratio intelligi debent, quia alias fieri non potest, quin sciat Medicus: an vitae vires augeant, & perniciose imminuant, nec ne? & an virium actuarum, quae auxiliis pharmaceuticis insunt, actionem intercipiant, aut expediant, aut ex ipsis incrementa capiat morbus, i.e. an referri possint ad aegri statum & conueniant, nec ne?

### §. XIII.

## §. XIII.

*Symptomata; quomodo sstant signa prognostica  
vera, monstratur.*

Symptomata constituunt signa, ex quibus potissimum formatur prognosis, id est quod iam monstrauimus. Iam reliquum est, vt & ostendamus & comprobemus modum, quo symptomata signa prognostica vera suppeditant. Patet ille pariter ex iam propositis, nimirum symptomata, quae rationem virium vitalium erga morbi vires indicant, sint per causas explicata. Quod enim valet de genere, idem & verum est de specie. Obiici quidem posset: multa praedici ex experientia, vti loquuntur, & euenire. Eueniunt interdum casu fortuito, sed vere dici nequeunt. Alias perpetuo ut exitus respondeat, actaque probet, necesse est. Verum enim est, cuius contrarium nec affirmari, neque demonstrari potest. Empirici huc vel illuc sub his illisue circumstantiis a re quadam aliquid factum esse, viderunt vel obseruarunt, quo nomine experientiam insigniunt, iam colligunt, semper id euenturum esse. Sed egregie falluntur. Experti si essent, fuisse certum. Nam experientia est obseruatio recta cum ratione instituta, i.e. ratio cum redi potest, cur & qua conditione hoc vel illud accidit. Finge, in quadam morbo soporo cordis & arteriarum actionem, ceu pulsuum, deprehendisse fortem, aucta cum febri, & aegrum superasse morbum: iam opinantur talem pulsus rationem, cum aucta febri sociatam, in iisdem morbis signum praebere bonum. Sed praeter spem & opinionem res aliter accidit. Aeger tali laborans morbo, iisdem signis, moritur. Quid inde? Signa non decipiebant, sed praefagiens decipiebatur ignorantia. Priori enim in casu obstructio in encephali vasis, a lentore viscido oriunda, morbum constituebat. Hinc pulsus fortis, aucta cum febri,

D 2

febri,



febri, optimum constituebant medicamen, efficiendi solutionem morbi. Altero vero in aegro, stasis inflammatoria faciebat morbum. Quid ergo magis mimicum esse potuisset viribus vitalibus, maiusque morbi incrementum creare, quam haec symptomata? Sequebatur necessario plenaria vitae destructio, siue aequilibrium virium mouentium ac sentientium tollebatur, i.e. actio neruorum vitalium, ex toto. Dubitatione itaque omni maius est, symptomata eo modo suppeditare signa prognostica vera, quando per causas sunt explicata, & aliter nunquam. Quo tam minime negamus, necessitatem aliquando vrgere posse, ut dubium formetur praesagium, quod vero falsum nullus dicet.

### §. XIII.

#### *Conclusio.*

Demonstrauimus itaque pro virili nostra, & ex rei natura ac indole atque exemplis, quantum chartarum permisit angustia, illustrauimus, symptomata, per causas explicata, tantum sistere signa prognostica vera. Quibus quaestio, quam Specimen hoc in fronte gerit, facilis negotio solui potest. Opposito enim altero, ut vero monstrato, alterum verum esse nunquam potest. Ergo symptomata, per causas non explicata, minime esse possunt vera signa prognostica. Quapropter colophonem iam addimus Specimi huic nostro, pedemque figimus. Artium falarium gnaros atque peritos, ut de his laboribus nostris, quamvis exiguis & tantorum virorum ingenii indignis, benevolum ac aequum ferre velint iudicium, etiam atque etiam rogamus.



So giebt man Dir, mein Freund, nach angewandtem Fleisse,  
Den Du der Heilungskunst, bey jener trüben Pleisse,  
Stets ganz gewidmet hast, im holden Saalathen  
Den prächtgen Doktorhut. Hast Du ihn längst verdienet,  
So sollst Du nun damit geschmückt in Zukunft gehn.  
Vergieb daher, wenn sich mein Kiel vorzigt erßchnet,  
Und bey der Freundschaft Band, das Dich und mich verbinde,  
In wahrer Redlichkeit den frohen Glückwunsch schreibet,  
Der durch des Höchsten Huld gewiß an Dir beslebet:  
Leb sonder alles Weh, weil Kranke um uns sind,  
Nicht eher nahe sich Dein einstiges Erblassen,  
Bis Kinder unsrer Zeit einst grau die Welt verlassen!

M. Johann Augustin Köselitz.

VIRO  
PRAENOBISSIMO, CLARISSIMO, DOCTISSIMO  
AMICO IN FAVCIS SVAVISSIMO  
MEDICINAE CANDIDATO DIGNISSIMO,

FAVSTA QVAEVIS APPRECATVR  
IOANNES IACOBVS BEHRENDT,  
LVBECIA HOLSATVS,  
LITERARVM DIVINARVM CVLTOR.

Accipe, quod tenui carmen modularius auena  
Ille TVVS quondam gratus amicus habet.  
Sunt veris flores, qui tor TIBI munera spargit;  
Sunt etenim violae, quas TIBI dat calamus.  
Hisce meum decoro carmen. Quid dulciss vlli  
Quam violae flores? Cur? Quia ver peperit.  
Galeni laura cingit te docta Minerua,  
Palladius qui TV semper alumnus eras.



Hippocratis Celsique patrum, diuinus Apollo,  
Ut faueat coeptis compreco<sup>r</sup> ille TVIS.  
TV quoties natale solum, dulcedine plenum  
Laudas, non poteris non memor esse mei.

*Monsieur,*

**A**lez où la gloire vous appelle. Allez prouver aux Sçavans de Halle que vous êtes digne Fils d'Esculape, & que vous meritez les honneurs dont on a coutume de couronner des connoissances aussi solides & consommées, que celles que vous vous êtes acquises en fait de Medecine. Allez remporter les suffrages de tous ceux qui vous entendront soutenir Vôtre thesē, témoignage authentique de Vôtre application & de Vos lumières.

Mais permettez moi en même tems, **MONSIEVR**, qu'en vous voiant monter au degré d'honneur dont on va vous décorer, je vienne vous paier mes hommages, en vous felicitant de l'heureux succès qu'ont eu Vos travaux littéraires. Jouissez à jamais de leurs fruits & goutez tous les avantages que donne le vrai sçavoir au dessus du vulgaire. Favori du Dieu d'Epidaure, soiez le secours des malades & la terreur du Nau-tonnier fatal, Caron.

Heureux Mr. Vôtre Père, notre vénérable Prélat, qui chérit en vous le Fils le plus accompli! Heureux Vos amis, aux quels Vôtre conversation est également agréable & instructive! Aiez la bonté, **MONSIEVR**, de m'en faire profiter aussi à l'avenir, & soiez assuré que je suis avec un attachement inviolable

*Monsieur,*

a Zerbft,  
ce 29me Juin,  
1764.

Vôtre

très-humble & très-obéissant Serviteur  
**Polycarpe Ehrenfried Reinboth.**

*Mon-*



Monsieur,  
ERNESTAS DOMINI  
mon très-cher Frère,

Si je ne vous aimois pas tant que je le fais, j'aurois balancé à vous donner ce témoignage public de la part que je prens à toutes Vos prospérités. Mais enfin, je trouve qu'il n'est point juste que le moindre scrupule me charge d'un air d'indifférence pour l'acquisition de Votre nouvelle dignité, qui me donne la plus grande joie du monde. Vous allez, mon très-cher Frère, nous présenter à une des plus illustres Universités de l'Allemagne, pour y remporter le prix de Vos talens & de Vos études, & moi je suis déjà parti où mon desten m'a appellé. O malheureux que j'en suis! mais sois, que je me vois reduit à l'impuissance de vous voir en personne & de vous féliciter de bouche: j'ai pourtant récours aux lettres, comme vous voiez, pour m'acquitter d'un devoir, qu'exige une affection véritablement fraternelle & inaltérable. Sensible autant que je dois, au prix de l'amitié sincère, que vous m'avez toujours témoignée, & incapable de l'oublier jamais, je suis persuadé, mon très-cher Frère, que la satisfaction, que j'ai de vous appartenir, ne vous fera nullement douter de l'intérêt que je prens à Votre heureux avancement, & que je n'ai pas besoin de vous le prouver par de longs discours inutiles. Ainsi je me contente de vous présenter les vœux que je fais pour l'accomplissement de Votre bonheur, dont je trouve le présage le plus flatteur & le plus assuré dans la récompense de Votre application & de Votre vertu.

C'est dans ces sentiments, mon très-cher Frère, que, malgré notre éloignement prochain, je ne cesserai jamais de m'intéresser infiniment à tout ce qui vous regarde, & de mériter par la la continuation de Votre amitié. Je suis avec un attachement inviolable

Monsieur,

mon très-cher Frère,

à Lübeck:

ce 2me Juin 1764.

Votre

très-affectionné Serviteur  
& très-fidèle Frère

Jean K.

ERNE-



ERNESTVS DANIEL KLVGE

SACR. LITTERAR. CULTOR,

F R A T R I S V A V I S S I M O

IN ALMA FRIDERICIANA

LAVRO AESCVLAPII


DIGNO VIRTUTIS PRAEMIO SOLLEMNITER REDIMITO

S. P. D.

DE FRATRIS OPTIMI ORNAMENTIS MAGNO PERE GAVISVS.

Per multa colloqui tecum, SVAVISSIME FRATER, & diei huius sollemnitas  
fudebat, & ipse meus in te amor, qui omnibus ostendi partibus nunc de-  
bet potissimum, magnopere postulabat. Sed qui antea nostris in sermoni-  
bus fueram multo loquacissimus; (lubet enim ingenua quadam arrogantia  
profiteri) videor mihi iam nunc, ubi campus datur longe amplissimus, veluti  
pudore quadam paene subrufico, conticescere, neque plura sane proferre,  
quam quae iam dicta, dicam, haesitata sunt. Neque enim gratulari tibi  
audeo, neque significare laetitiam vberius, qui ita sum impense lactatus, ut ne-  
que modus rei sit futurus, neque finis, si earum numerus incundus optimam  
voluptatum, aut effingenda imago esset. Ita profecto, qui tibi videbar  
aliis in rebus omni officio satisfacere, mihi ipsi non satisfacio. Sed vnum  
mihi sane relictum est genus sermonis, quo semper ego quidem vehementer  
sum delectatus, & ipso hoc tempore, quo disiuncti fumes, maxime delector;  
illud, inquam, quod nostri amoris declaratione, aut commendatione, contine-  
tur. Est enim hoc eiusmodi, ut etiam si verba deesse videantur, ostendere il-  
lad quidem sufficiat, me, neque in illa ipsa caritate, neque in hoc communi-  
gentis nostrae gaudio, quidquam cuiquam concedere. Maecte igitur, amantis-  
sime Frater, maecte summis illis atque egregiis ornamentis! Maecte summi Dei  
numine atque praesidio! Maecte prosperitate perpetua, ac perge porro, quo  
iam diu contendisti, ad palmam, quam praeclarae TVAE virtutes, & in diuina  
Aesculapii arte exanlati labores, tibi mox in matum dabunt. Sic enim ha-  
beto, tot tibi, quotunque nominibus de TVIS ciuibus bene merearisi, sum-  
ma cum laude decretas status fore. A me vero haec velim exspectes ma-  
gnopere, quae sunt fratri TVI studiosissimi, & quibus demonstrari possit, me-  
um in te amorem non vulgarem esse. Vale, & me, quod omnino facis, et  
iam atque eriam ama. Dabam Athenis Plissenibus ad d. 29. Jun.

A. P. C. N. MDCCCLXIII.



01 A 6530




W0186cat 12



DIE  
E  
V



B.I.G.



Farbkarte #13

QVAESTIONEM:  
**SYMPTOMATA  
ASSAS NON EXPLICATA  
VERA ESSE PROGNOSTICA  
ORBORVM SIGNA?**

OPTIMO MAXIMO AVSPICE

ET  
TE GRATIOSO MEDICORVM ORDINE  
P R A E S I D E  
RI, EXCELLENTISSIMO ET EXPERIENTISSIMO  
**RE A ELIA BÜCHNERO**  
RI ROMANI IMPERII NOBILI,  
II PRVSSIAE REGIS A CONSILII INTIMIS,  
ILOSOPHIAE NATVRALIS PROFESS. PVBL. ORDINARIO,  
EDICAE SENIORE ET H. T. DECANO SPECTATISSIMO,  
REGIORVM ALVMNORVM EPHORO,  
ACADEMIAE NATVRAE CVRIOSORVM PRAESIDE,  
SOCIETAT. SCIENTIAR. ANGLICAN. BEROLINENS.  
ET MONSPELIENS. SODALI,

OS IN ARTE MEDICA HONORES  
CAPESSENDOS

ALMA REGIA FRIDERICIANA

IVLII A. R. S. CLO IO CC LXIV.

H. L. Q. C.

PUBLICE VENTILANDAM PROPONIT  
AVCTOR  
**ANN DANIEL KLVGE**  
TREMONIENSIS.

MAGDEB. LITTERIS IO. CHRISTIANI HENDEL.